Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Lessus In Luctuosissimum at beatissimum Obitum Viri ... Dn. Johannis Hallervordii, Civis ac Sedecem-Viri primarii, Bibliopolae Rostochiensium celeberrimi, Die 23. Martii ... defuncti & 27. eiusdem in templo Mariano sepulto

Rostochii: Kilius, 1645

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752211X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Qvistorp, J.,

in J. Hallervord.

Rostock, 1645.

19

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77752211X/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752211X/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752211X/phys_0003
DFG

LESSUS
IN
Luctuoſiſſimum at beatiſſimum
Obitum
VIRI
SPECTATISSIMI ET INTEGERRIMI
DN. JOHANNIS HALLERVORDII,
Civis & Sedecem-Viri primarij, Bibliopolæ Roſtochienſium celeberrimi,
Die 23. Martij ſub horam ſecundam matutinam piè ac placidè defuncti & 27. ejusdem in templo Mariano ſepulto,
Conſcriptus
à
Popularibus Weſtphalis.

ROSTOCHII,
Tipis NICOLAI KILII, Acad: Typographi.
ANNO M, D. C. XLV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752211X/phys_0005

W Eſtphalicos dudum vexat Bellona penates,
Funditus evertit, vaſtat eamq; premit!
Hinc natale ſolum Fugiens loca diſſita quærit
Weſtphalus, ac alios geſtit adire Focos.
Non procul hinc anni (non Ficta aut Falſa canemus
Permulti narrant commemorantq; viri)
Cum te Roſtochium (vaſti quæ gloria mundi)
Et cives regeret *Weſtphala turba* tuos:
Cum tibi Roſtochium, ſummi myſtisq; Jehovæ
Diceret En! leges *Weſtphala turba* Sacras:
Cum tua Roſtochium, cum Ferret ſceptra Lycæi
Et premeret doctûm *Weſthala turba* locum;
Cum tu Roſtochium varios magnosq; teneres
Ex noſtris cives, En! modo quicquid agis
Non ſine tu noſtrô poteris tractare labore,
Proh! genuit quantos! *Weſtphala turba* viros!
Aſt eheu! hominum fragilis ſpes, vana, caduca,
Quàm perit hæc ſubitò! quam cito vita perit!
Nunc ubi prædicti? jam ſunt ubi lumina tanta?
Quam cuncti calcant heu! abiere eam!

Quos

Quos dedit, amiſit patres urbs, Natio noſtra,
Et doctûm cecidit maxima turba virûm.
Sæpius hunc luget, nigro ſignatq; lapillo
Hoc canit & Pallas Balthica triſte melos,
Civibus & noſtris reſcindit ſtamina vitæ
Sternit & innumeros Atropos ecce viros,
Dulcia & heu! liquit labentis lumina vitæ!
Eheu! Hallervord Weſtphalus ille cadit!
Antiquæ fidei ſpecimen, virtute coruſcus
Vir prudens cautus vir bonus atq; pius.
Huîc eheu tenebræ preſſerunt lumina denſæ,
Vita fugit tantâ vah probitate virum!
Hinc merito quisquis premit altum corde dolo-
Et factum deflet; pectora mœſta gerit! (rem
Hinc gemit, hinc triſtes profert, hæc, gutture cantus,
Urbs, lugent cives hunc cecidiſſe virum.
Hinc vidua, hinc liberi triſtantur, pectora rum-
Mœrent defunctum, mœret & illa virũ, (punt,
Hinc patria haud alto, querulo & vacat ægra dolore,
Sed dolet inde gemit, luget, honorat, amat.
Nec ſine triſtitia noſtras pervenit ad aures
Diſceſſus ſubitus, mors inopina viri,
Detegimus mentem, noſtrum teſtamur amorem
Erigimus Cippum, triſtia metra damus!

At

Aſt modus in luctu non plane amittite mentem
Quæ bona ſunt homini ſunt mala ſæpe Deo!
Mortuus haud veſter, ſed primo vivere vitam
Incipit En! veram; proſpera vera videt
Mortuus haud veſter qui millia gaudia ſentit
Auris qui neſcit, queîs oculusq; caret;
Mortuus haud veſter: præmiſſis omnibus aſtat,
Convivit natæ, gaudia magna capit!
Convivit coſtæ, matri, patriq; ſuisq;
Convivit cunctis, quod cupit ille capit!
Ipſi gratemur, mœſtum vos linquite luctum
Nec madeant lymphis mœſta ſepulchra patris
Mittite triſtiliam, nati natæq; relictæ,
Quod fixum cunctis, contigit idq; patri.
Ceſſet nunc luctus, planctus de ducite corde
Nullos, nam ſummus, ſauciat atq; beat!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77752211X/phys_0008
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77752211X/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77752211X/phys_0010
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77752211X/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn77752211X/phys_0012
DFG

Quos dedit, amiſit patres urbs, Nati
Et doctûm cecidit maxima turba
Sæpius hunc luget, nigro ſignatq; la
Hoc canit & Pallas Balthica triſte
Civibus & noſtris reſcindit ſtamina
Sternit & innumeros Atropos ec
Dulcia & heu! liquit labentis lumina
Eheu! Hallervord Weſtphalus ille
Antiquæ fidei ſpecimen, virtute cor
Vir prudens cautus vir bonus at
Huîc eheu tenebræ preſſerunt lumin
Vita fugit tantâ vah probitate vir
Hinc merito quisquis premit altum
Et factum deflet; pectora mœſta g
Hinc gemit, hinc triſtes profert, hæ
cantus,
Urbs, lugent cives hunc cecidiſſe
Hinc vidua, hinc liberi triſtantur, pe
Mœrent defunctum, mœret & illa
Hinc patria haud alto, querulo & vac
lore,
Sed dolet inde gemit, luget, honor
Nec ſine triſtitia noſtras pervenit ad a
Diſceſſus ſubitus, mors inopina vi
Detegimus mentem, noſtrum teſtamu
Erigimus Cippum, triſtia metra d